



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Titulus IX. De Apostatis, & reiterantibus Baptisma.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

T I T U L U S IX.

De Apostatis, & reiterantibus Baptisma.

C A P U T P R I M U M .

* Alexander III.

PRÆTEREA^b Clerici, qui relieto Ordine Clericali, & habitu suo, in apostasia, tanquam laici converfantur, si in criminibus comprehensi teneantur, per censuras Ecclesiasticas non præcipimus liberari.

N O T A E.

1. a **A**lexander III. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc titul. cap. 2. ubi additur, pars capit. Presbyterum; unde constat in praesenti referri partem textus in cap. Presbyterum, de Clerico agrotane, cap. 2. ne Clerici vel Monachi: & integra Decretalis extat post Concil. Lateran. part. 26. cap. 15. & 16. ubi legitur, Eugenius Papa Sarense Episcopo: sed legendum est, Eugenius III. ut jam notavi in cap. 2. ne Clerici, vel Monach. Andreas Saulay in Panopl. Cleric. 2. part. lib. 7. c. 1. credit legendum esse Sasarense, quæ Sedes Archiepiscopalis est in Sardinia, dicta Sarense. Sed retinenda est vulgaris littera, quæ habet Sarense, ut jam notavi in cap. 2. de cleric. agrot. nec Sasarense legi potest; siquidem Sasar civitas Sardinie Cathedra Archiepiscopali ex Ecclesia Turritana in eam translata decorata fuit ab Eugenio IV. Anno 1441. ut refert Bonfani in histor. Sardinalib. 1. cap. ult. §. 15. Unde temporibus nostri Eugenii III. nec Cathedram Episcopalem habebar, & ita præsens inscriptio restituenda est, Eugenius III. Sarense Episcopo.

2. b Clerici] Glossa in cap. tua, verbo Tolerandi, hoc titulo, Bannes in 1. 2. quest. 12. dubit. 3. existimant in praesenti Clericorum nomine intelliguntur tantum eos, qui sunt in sacris Ordinibus constituti, non vero primâ tantum tonsurâ initiati. Moventur ex eo, quia in praesenti texu agitur de Clericis, qui relieto Ordine clericali ut laici incedunt: sed primâ tonsurâ initiati, Ordinem clericalem non habent: igitur de eis non sensit Alexander III. Sed contrarium verius est; nam Clericorum nomine, etiam cum agitur de Clericis habentibus Ordinem clericalem, comprehenduntur Clerici primâ tonsurâ initiati, ut probatur expressè ex c. quoniam, 69. dist. & ex eo, quod illos omnes, qui laici non sunt, sed à vulgo electi, & in fortē Domini adscripti, Ordo clericalis comprehendit cap. clerios, 21. dist. cap. quorundam, 23. dist. cap. 1. cap. Episcopus. de probandis, cap. ubi pirculum, §. præterea, de elect. Facit Concil. Triburense can. 27. ibi: In synedo Chalcedonensi, capite seprimo statutum est, ut Clerici, qui semel in Clero deputati sunt, neque ad militiam, neque ad aliquam veniant dignitatem mundanam: & hoc tentantes, & penitentiam non agentes, quo minus redeant ad hoc, quod propter Deum prius elegere, anathematizari. Nos autem tandem

sequentes canoniam autoritatem, statuimus, ut clericis ecclesiasticis nutritis in Ecclesia coram populo, vellegens, vel cantans, si postmodum relatio clericatus habitu, à castris Dominicis, quibus adscriptus est, profugus, & apostata elabatur, & ad seculum regredieatur, ab Episcopo canonice coercetur, ut ad finum matris Ecclesie revertatur. Quod si in hac indiscipline perdurat, ut comam nutritat, constringatur, ut iterum detondeatur, & postea nec uxorem accipiat, nec sacrum Ordinem attingat. Si vero bius sancti Concilii relatio avertit definitio, secundum presitutam Chalcedonensis Capituli constitutionem anathematizetur. Sanctus Isidorus tales hippocontauris dicit esse similes, qui nec equi, nec homines, aique quasi bruta animalia, libertate, ac desiderio suo feruntur. Unde in cap. cum contingat, de atate & qualit. dicitur: Ordo clericalis per primam tonsuram confertur. Et in cap. degradatione, deponit, dum agitur de personis, quæ degradationebant, di. itur degradationem debere fieri usque ad primam tonsuram: & in Pontificali Romano, dum recensetur ordo degradationis à prima tonsura, ita legitur: Autoritate Dei Omnipotenti, Patri & Filii, & Spiritus sancti, a nobis, tibi auferimus habitum clericalem, & nudamus te Religione ornatum, ac deponimus, degradamus, & solvamus te omni Ordine, beneficio, & privilegio clericali, & velut clericalis professionis indignum, redigimus in servitatem, & signoriantiam habitus facilius, ac statua. Et infra: Pronuntiamus, ut hunc extum omni ordine, ac privilegio Clericali, Curia sacerdalis in suum forum recipiat degradationem. Igitur quia primâ tantum tonsura initiatus est in Ordine clericali. Nec obstar quod quotiescumque in jure recensentur Clerici, non enumerantur primâ tantum tonsurâ initiati, ut in cap. illud, 27. dist. cap. à Subdiacono, 93. dist. & expresse id videtur doceiri in cap. Clericos 6. de vita & honest. cleric. ibi: Clericos si tonsurâ dimissâ uxorem acceperit, qui quidem sine gradu est. Igitur si prima tonsura initiata sine gradu clericali sunt, non possunt comprehendendi praesenti texu, siquidem in eo agit Eugenius de clericis, qui in clericali ordine erant. Nam omisâ quæstione, an videlicet prima tonsura ordo sit, quam fusè disputatione D. Thomas in 4. dist. 24. q. 3. art. 1. Bellarmine tom. 1. controv. lib. 1. de cleric. capit. 13. Sanchez lib. 7. consil. cap. 3. dub. 65. Layman in summa, titul. de ordine, cap. 5. nn. 1. Marchanus cod. tract. tract. 1. quest. 1. cap. 7. nn. 1. Andreas Saulay p. 1. Panopl. cleric. ferè per totam, Hallierius

Hallerius de sacris elect. scđt. 2. cap. 1. ex veriori sententia dicendum est, propriè, & strictè pri-
mam tonsuram non esse ordinem, sed præviā di-
positionem ad Ordines, cuius cooptationis ra-
tione ita tonsuratus dicitur habere Ordinem cleri-
calem. & per consequens fruatur privilegio cano-
nis si quis suadente 17. quæst. 4. ut probat Barbofa
lib. 1. juris eccl. cap. 39. §. 2. num. 2 privilegio fo-
ri ex cap. Clericus 12. quæst. 2. cap. unic. de cleric.
conjug. lib. 6. ut infra dicemus, & ita rectè com-
prehenditur præfenti decisione. Nes obstar textus
in dict. cap. Clericus 6. qui accipiens est de gra-
du sacro, quem verè non habet primâ tonsurâ ini-
tiatus, ut in ejus textus notis probavi.

COMMENTARIUM.

^{3.} EX hoc textu sequens communiter deducitur assertio: Clerici, qui dimisso habitu Clericali, ut Conclu-
sionis. Probant eam textus in c. final. 50. dift. c. fin-
it. anem 11. quæst. 3. cap. 3. 20. quæst. 3. cap. sine or-
natu, cap. præcipimus 22. quæst. 4. cap. perpendi-
mus, cap. contingit, c. cum non ab homine, cap.
in auidentia 45. de sentent. excomm. cap. 1. de vita
& honest. Cleric. in 6. Clement. 1. eod. titul. cap. 2.
nic. de Cleric. conjug. eod. lib. Concil Andeg. can.
8. ibi: Clerici, qui relicto Clerico se ad secularia remi-
litiam, & ad laicos consulerint, non iustè ab Ec-
clesia quam reliquerunt, amoveantur. Concil. To-
letanum sub Sixto IV. anno 1473. can. 14. Ut qui
suscepit professionis habitum designantur, privile-
giis gaudeant sibi concessis, nec nostri juris auctorita-
tas, nec ordo exigitur; frustra enim auxilium
legis invocat, qui committit in legem. Et infra: Sa-
cro approbante Concilio statuimus, ut de cetero præ-
dicti Clerici, tam conjugati, quam non conjugati,
tonsuram quantitas unius regalis, & vestem sa-
periorem non virgatam, nec eparbitam, ad medi-
etatem tibia, vel ferè declinantem, conferant con-
ferant congruentem: non autem deferentes ejusmo-
di habitum, si fuerint conjugati, co if so, si vero non
conjugati, & excessibus, & enormitatibus se inge-
serint, privilegium omnino amittant Clericale. Illu-
strant ultra congesta, in praesentiā Barbola, & de
jure eccl. lib. 1. c. 39. num. 73. Ant. August. lib. 8.
in epist. 47. Andreas Saulay 2. part. Panopl. Cle-
ric. lib. 7. cap. 1. Fermoinus in cap. cum non ab ho-
mine, quæst. 25. de judicis, Balboa in cap. 2. de
judicis, num. 12. Pereyra 2. part. demanda Regia,
cap. 26. Layman lib. 2. summa. tract. 1. cap. 13. Fa-
rinac. qu. 83. Petrus Gregor. lib. 1. partit.
titul. 5. capit. 7. Ricciulus de jure person. lib. 7. cap.
1. cum sequent. Covarr. practicar. quæst. 31. Diana
part. 1. tract. 2. resol. 51. Germanius lib. 3. de fa-
citorum immuniti. lib. 3. cap. 15. Martha de jurisdict.
part. 1. cent. 2. casu 153 Suarez adversus Regem
Anglia lib. 4. cap. 28. Acunna dict. cap. final. 50.
dif. Elcobar de Pontificia jurisdict. cap. 21. §. 5.
Vrrutigoyti in Pastorali Regulari, voto 3.

^{4.} Sed pro dubitandi ratione in præsentem asser-
tionem ita insurgo: Exemptio Clericorum à juris-
dictione seculari provenit à jure divino, juxta
plurim sententiam, quam retuli in cap. Clerici 8.
de judicis: & tale Privilegium fori concessum est
in favorem totius status clericalis; quare à Cleri-
co renunciari non potest, ac etiam si expresse ipse
consentiat in judicem secularis; ab eo judicari,
aut puniri non valet, ut probavi in cap. si diligen-
ti, deforo competenti. Igitur nechabitum, seu
impug-
natur
reduca-
ritur
serio.

tonsuram clericalem dimittendo pot erit Judge sc-
cularis alias incapax illum condemnare; nam si
expresse in eum consentire non potest, minus va-
lebit ejus jurisdictionem prorogare, & acitè factò
ipso dimittendo habitum clericalem. Augetur
primo hæc dubitandi ratio ex eo, nam inter mo-
dos deferendi statum clericalem, præcipius est
matrimonii contractus, cap. 1. diversis, de Cleric.
conjug. probat Ricciulus dict. lib. 7. cap. 1. per to-
tum: sed Clericus conjugatus adhuc post matri-
monium contractum retinet privilegium fori,
cap. unic. de Cleric. conjug. lib. 6. Trident. sess. 23.
dereform. capit. 6. late probat D. Joseph. Vela
tom. 2. differt. 45. ergo quia dimittens habitum, &
deserens statum clericalem, fori privilegio non
privatur. Augetur secundò, nam Clericus, quan-
tumvis enotiratis deditus sit, non amittit pri-
vilegium fori, nisi ter monitus non respiccat, cap.
contingit, cap. in auidentia, desentent. excom. pro-
bavi in cap. final. de vita & honest. Cleric. Igitur eti-
si dimittat de facto habitum, & tonsuram, dum ta-
men non sit ter monitus, non amittit privile-
gium fori, & per consequens defendi debet per
Ecclesiā in causis criminalibus.

Quâ dubitandi ratione minimè obstante, vera
est præsens assertio, pro cuius expositione sciendū est, apostasiā vocem Græcam esse, & Latī-
nè significare desertionem, & ita apostatam idem postas-
tia esse a desertore, l. desertorem, ff. de re milis. & cymont.
pravari atorem Latinū dici, qui Græcē apostata
appellatur, notavit sanctus Ambrosius serm. 15.
in Psalmum 118. verf. 7. qui rectè docet, apostata
& apostasiā Græcas voces esse: & quamvis
utriusque extrema pars affinitatem habeat cum
Latinis vocabulis à stāto deductis; tamen utrius-
que initium purè Græcum est. Itaque vox apo-
stata planè Græca est, idem sonans, quod deser-
tor Sanctus Augustinus. lib. 20. de Civili. Dei, cap. 19.
refugam dicit. Hebrei apostatam Belial appellant, ut illustrat Theophilus Raynaudus tom. 17.
tract. de apostasia, cap. 1. per totum, Beyerlinch.
tom. 1. in theatro, verbo Apostasia, Suarez deside
disput. 16. scđt. 5. Varias apostasiæ differentias re-
censerunt repentes in præsenti, D. Thomas 2. 2.
quæst. 12. art. 1. sed juxta divisionem, quam re-
tuli in cap. 46. Concilii liber. apostasia, quæ in
præsenti titulo improbat, triplex est; alia per-
fidia, quæ est desertio fidei Catholice, de qua
agamus in cap. quidam, hoc titul. alia à religiō
statu semel in to pro professionem, aut substan-
tialia religionis vota, de qua agemus infra in cap.
penult. & final. Tertia quæ committitur per defe-
ctionem à clericali statu, videlicet per matrimo-
nium, militiam, vel habitus clericalis dimissio-
nem, de qua in præsenti, & in cap. ius, hoc titul.
agendum est: & de his tribus modis deferendi
habitum clericalem agit Ricciulus lib. 7. de jure
person. per totum, & nos alibi, videlicet de matri-
monio à Clericis contracto in c. 1. de Clericis con-
jug. de Clerico militiae nomen dante in cap. final.
eod. tit. & ita in præsenti tantum agendum est de
apostasia, quæ contingit per dimissionem habitus
clericalem. Et prius sciendum est, dubium esse, an
talis apostasia committatur à Clericis in minori-
bus ordinibus constitutis, vel tantum primâ tonsurâ
initiatis. Et negant Bannes in 1. 2. quæst. 12.
dubitat. 3. Hostien' & Abbas in cap. 3. hoc titul.
Decianus lib. 5. tract. crimin. cap. 73. numer. 24.
Covarr. de spons. 2. part. cap. 9. §. 3. num. 2. Mc-
noch. de arbitr. causa 546. num. 52. apostasiā ab
ordine

ordine clericali locum habere in clericis primâ tonsurâ initiatis: moventur exemplo novitiorum religionis cuiuslibet, qui sunt in statu incipientium respectu status clericalis; siquidem prima tonsura est dispositio ad ordines: sed novitus ante emissam professionem retrocedens, non apostata, nec defector religionis creditur: ergo similiter clerici tonsurâ dimissa, & abjecto clericali habitu, ut laici incidentes, apostata dici nequeunt, præcipue cum iure permittente hoc faciente, ut probavi in cap. clericus 6. de vita & honeste cleric. cap. 1. de cleric. conjugal. Verum contrarium expresse docetur in praesenti textu, ibi: *Apostasia.* Et textum hunc procedere etiam in clericis minoribus gradibus initiatis, seu tantum primâ tonsurâ, probant Sausay in *panopli clericali*, lib. 7. capit. 1. Duvalius *de fide* quast. 8. Nec obstat fundamentum contrariae sententiae; nam par ratio non est in novitio retrocedente à religione, ac in clero primâ tonsurâ initato deferente statum clericalem, quia per tonsuram clericus militiae ecclesiastice, & statui clericali longè arctiori jure adscribitur, quam religioni monastica per habitus susceptionem novitus devincitur; siquidem initiatum primâ tonsurâ in fortem Domini transit, unde clericus dicitur, ut supra probavi; nec tonsura ipsa iterari valet, aut ab ea dejiciunt initatus: qua omnia è contrario procedunt in novitio, qui per habitus susceptionem non efficitur religiosus, & à Prelato expelli potest, & ipse iterum novitatum iterare. Unde cognoscitur, stetitius mancipari clericum per primam tonsuram statui clericali, quam novitum religioni per habitus susceptionem; quare quid mirum si in disertione status clericalis apostolica committatur, non verò in recessu novitiū à religione. Nec obstat clericum primâ tonsurâ tantum initiatum ex iuris permissione habitum deferere posse, etiam matrimonium contrahendo, juxta tradita in cap. 1. de cleric. conjugal. nam exinde tantum evincitur, ipsum non esse cogendum reassumere habitum clericali, aut pœnis apostatae teneri, ut contingat clericis in majoribus ordinibus constitutis, ut dicimus infra in cap. tua, non tamen inde deducitur, eum frui posse privilegio fori, quod competit tantum clericis deferentibus tonsuram, & habitum clericalem, ut infra dicimus: peccareque lethaliter ipsum propter apostasiam interiore, si ex contemptu, aut fine causa ab statu clericali discedat, docuerunt Duvalius, & Sausay *supr.* Manet ergo, clericum in minoribus ordinibus constitutum, aut tantum prima tonsura initiatum, habitum deferentem, apostasiam committere, non tamen cogi habitum reassumere: nec contrarium docetur in cap. clericis, de vita & honeste cleric. cuius veram interpretationem dedi in ejus notis.

6.
De pri-
vilegio
fori tons-
suratis
compe-
tentie.

Deinde sciendum est, omnes clericos, tam in sacris, quam in minoribus ordinibus constitutos, in clericali statu perseverantes, plenè, & integrè privilegio fori gaudere, nisi per crimina illud amittant, ut probatur ex cap. 2. de foro compet. ibi: *Nec presbyterum, nec diaconum, aut clericum ullum, aut juniores Ecclesie.* Et cap. cum non ab homine, de iudicis, in illis verbis: *Clericos cuiuscumque ordinis.* Et ibi: *Clericus in quo-
cumque ordine constitutus.* Faciunt textus generaliiter de omnibus clericis agentes in cap. de persona II. quast. I. authent. *Cassa*, *Cod. de sacro sanct. Ecclesie*, *authent. item nulla*, *Cod. de Episcop.* &

Cleric. Omnes enim speciali titulo Deo sunt additi, de ejusque familia effecti, & divino cultui consecrati: licet enim inter ipsos clericos existat differentia quoad consecrationem maiorem, vel minorem, seu magis, aut minus factum ministerium, hoc non sufficit, ut inde evincatur, quodam magis exemptos fuisse ex vi juris divini, quodam minus, ut notat Navarrus in cap. no. vit, de judic. not. 6. numer. 30. si autem privilegium inspiciatur, quatenus per jus ecclesiasticum limitari potest, quoad personas nulla inventur differentia inter clericos in sacris, & in minoribus constitutis, dummodo in statu clericali perseverent: quod non obscurè deducitur ex cap. 2. de foro compet. & ex cap. diligentie, cod. titul. in illis verbis: *Titi collegio ecclesiastico induitum.* Quibus dubium non est, quin etiam clerici solius primæ tonsuræ comprehensi sint omnes; etenim clerici pertinent ad collegium ecclesiasticum, cum datum non sit privilegium hoc hujs, vel illius ordinis intuitu, sed intuitu status clericalis: quam quidem exemptionem plenam, & integrum esse debere, manifestè probatur ex iuribus, tam quæ exemptionem in criminalibus, & civilibus, quam quæ immunitatem à tributis concedunt. Sed non perperam addidi, clericos in clericali statu perseverantes, ut cognoscatur discrimen verari inter clericos majorum, vel minorum ordinum; nam etsi in omnibus clericis commune sit, ut indelibilem characterem accipiant, nihilominus quoad perseverantiam in statu, & munere clericali ordinis facri maiorem inducent stabilitatem; clerici enim in sacris ordinibus constituti coguntur in eo manere, ita ut si de facto deserant, reassumere habitum constringantur, ut dicimus infra in cap. clerici 8. de iudicis. Inferiores autem ordinis um per se non obligent, nec inducant perseverantiam in illo statu, non sufficient ad inducendum privilegium clericale, sed conditiones alias exposunt, quæ ostendant in minoribus initiatum in eodem statu permanere, in quo divino cultu, & Ecclesia deservit: quæ fuit potissima ratio hujs privilegii, idque plenè significavit Trident. sess. 23. de reform. cap. 6. dum decrevit, nullum primâ tonsurâ initiatum, aut in minoribus ordinibus constitutum, ante decimumquartum annum beneficium obtinere posse; sed neque fori eum privilegio gaudere, nisi beneficium habeat ecclesiasticum, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, aliqui Ecclesie ex mandato sui Episcopi inserviat, velde ejus licentia in Seminario existat, aut clericorum chola, videlicet aliqua universitate, quasi in via ad maiores ordines suscipiendo. Exquo decreto constat, clericos in minoribus ordinibus constitutos, ita demùm clericali privilegio gaudere, si ecclesiasticis ministeriis actu dicati sint, sive ut proximè dicebamus, si in clericali statu perseveraverint: cuius perseverantie duos modos Con-

7.
Decleri-
cis in
ordinis
privilegio
fori
potiuntur;
talis
enim
ordo
minor-
bis con-
sistunt.

cliam distinxit; singulos per se sufficiens, cum disjunctivè apponantur. Primus est, si clericus minoribus initiatu[m] beneficium eccl[esiast]icum habeat; haec enim conditione supponit Concilium perseverantiam in eo statu, vel saltem animum necessarium, ut justè beneficium, ejusque fructus retineantur, cap. commiss. 35. vers. Ceterum, de elect. in 6. quia beneficium sui naturā perpetuitatem denotat, cap. Sanctorum, 70. dist. cap. unio. de capel. monachib. lib. 6. beneficij verò nomine in eo decreto Concilii ad effectum hujus privilegii clericalis pensionem non comprehendendi certum est, tametsi alias soleat pro beneficio habeti, cap. ad audienciam 31. ubi noravi, d[omi]n[u]s script. & ita congregatio Cardinali declaravit, cui declarationi in praxi standum esse docuit Garcia de benef. et si in puncto juris de hujus sententiae veritate non malè dubitet P. Suarez contra Regem Angliæ cap. 27. num. 11. laius prosequuntur Pereyra part. 2. de manu Regia, cap. 26. D. Joseph. Vela tom. 2. dist. 45. per totam. Alter modus est, si clericus in minoribus constitutus, tonsuram, & habitum clericalem deferat, & ad inserviendum alicui Ecclesiæ per Episcopum destinatus sit, vel alias ex ejus licentia disponatur ad clericale obsequium: qui modus cum tres contineat qualitates copulativè positas, verificari quo ad omnes debet, ut privilegium locum habeat, ex regula legis si b[ea]tri plures s. ff. de condit. inst. § penult. Inffit. de h[ab]eri. inst. junctā regulā textus in cap. cum dilecta 22. junctis notatis à Felino ibi: num. 6. de rescriptu: & ita Cardinalium declaravit Congregatio, ut refert Suarez dist. cap. 27. n. 12. ubi recte post Covarruviam, & alios eas duas priores declaravit qualitates, habitus & tonsura, ut eorum concursus ut in plurimum tantum, non verò perpetuū, ac permanenter desideretur; & in casu dubio judicis eccl[esiast]ici sit declaratio, juxta textum incap. si iudex lascus, de sent. excom. lib. 6. Prosequuntur Covarr. practic. cap. 31. Pereyra, & Vela ubi supra. Tandem addidimus in calcu superioris sententiae, nisi per crimina illud amittant. Ex quibus deducitur, privilegio clericali gaudere etiam clericum eum, qui per aliquod tempus illo curvit, vel per sententiam privatus est, non utique ob delictum aliquod, sed ob defectum prædictarum conditionum, seu qualitatum, vel alicuius eius, si postmodum ob earam concursum ad illud admitti desideret. Nec enim jus commune, aut relata Tridentini dispositio ipsum excludit; nam quod ad jus commune attinet, constat clericum in majoribus ordinibus constitutum, tantum ob certa gravissima crimina postea referenda eis privari; minoribus verò tantum initiatum, ob defectum dictarum qualitatum. Quod ad Concilium attinet, id utique non privat perpetuū eos, qui qualitates in eo prescriptas non servant, fori privilegio: sed pro eo dumtaxat tempore, que eas non servant: sunt enim illa quedam propriæ conditions, quarum ea est natura, ut interim dum implentur, tantum actū suspendant, nec illi locum faciant, postmodum vero eum perficiant, l. proinde 7. l. certi conditio 9. l. non omnis 19. l. pecuniam 36 ad finem, ff. de rebus creditis, l. b[ea]ti venditio 7. ff. de contrahend. emption. l. si quis sub conditione 8 ff. si quis omisit a causa testam. l. legata 41. l. qui b[ea]ti 44. l. Mavius 45. ff. de condit. & demonstr. l. cedere diem 13. ff. de V. S. Nec privilegium illud amissum dici potest ex eo, quod clericus, qui cum eo frui potuit, qualitates illas servans, non est eo usus, eidem renunciare videtur, argu-

mento legis sed et si suscepit 52 ff. de iudicis, c. cum inter monasterium 20. de re iudicata: nec ci postmodum ad illud regressus dandus videbatur, ex eiusdem juribus, juncta lege regula 14. § si venditor, ff. de editit. edict. c. quam periculum, in fine 7. q. 10. tum quia regula dicitur legi sed et si, cum similibus, procedit in juribus, vel remedis, quæ cum eorum omissione non compatintur, ut quibus certi temporis meta praefixa est, ut proponantur in iudicio: quorum neutrum accidit in praesenti casu, sed solum adiiciuntur dictæ conditions, quibus quomo. docunque concurrentibus, tametsi antea defec- tient, locus privilegio superfit. Tum etiam quia huiusmodi privilegii non est ejus naturæ, ut renunciari à clericis possit, cum toti ordinis clericali sit publicè indultum ut tale, quo non possit alias clericis privari, quam si ob crimina illa fiat indi- nus, nisi pro præterito tempore, quo qualitatibus à Concilio requisitis destitutus fuit; non pro futuro, quo concurrere simul in eo incipiunt, argumen- to textus in Clement. 1. de vita & honest. clericu. docent Sylvester verbo Excommunicatio, num. 23. Suarez dict. cap. 27. n. 17.

§.
Tradi-
tur ratio
decide-
di.

His suppositis appareret jam ratio præsentis decisionis; nam cum privilegium fori ita demum com- petat clericis primâ tonsurâ, seu ordinibus minori- bus initiatis, si perseverent in statu clericali, que perseverantia præcipue cognoscitur ex delatione tonsuræ, & habitus clericalis; id est qui abjecto clericali statu, & dimisso habitu, ut laicus inter laicos conversatur, indignus redditur prædicti privilegi. Facitratio adducta à Pontifice inc. in audiencia, de sent. excom. quia videlicet frustra ab Ecclesia privilegium fori petit, qui peccat in ipsam Ecclesiam, contra sacros canones prohibentes illis de erre- ftes laicales: de quibus eg[ist] in cap. clericu. de vita & honest. clericu. Facit ratio textus in l. item apud La- beonem, § si quis virginem, ff. de iuris: quam ex- pendit Pontifex in d.c. in audiencia: & quamvis in iure reperitur interdictus clericis usus certarum vestium, ut probavit in dict. cap. clericu. de vita & honest. rati. tamen non reperitur certus, & determina- tus habitus, quem ipsi clericu. de necessitate teneantur inducere; id est eas vestes dicimus esse clericis congruentes, quæ à communis usu, consuetidine- que provincie, in quæ comminorantur, reperuntur admissi, ut probant Glossa in cap. penult. verbo Deauratis, de vita honest. clericu. & in Clement. 1. verbo Secularis, de elect. Covarr. practic. cap. 31. num. 7. Farinacius in praxi crimin. tom. 1. quest. 8. num. 69. Roussel lib. 4. cap. 3. num. 40. Ricciulus de jure person. lib. 7. cap. 5. num. 1. Unde fit, quod cum circa vestium usum regionis confluendo at- tendenda sit, sic etiam exdebitis circumstantiis fiat interpretatio circa vestium delationem; nam viator, qui iter facit, licet in habitu clericali non incedat, excusatitur, ut probabimus infra in c. tua: & ita iudicatum fuisset testatur Pereyra de manu Reg. part. 2 cap. 26. num. 4. qui idem probat de clericu. in domo sua reperto sine habitu, etiam si dum fugit, extra domum capiatur sine habitu. Item de clericu. conjugato occidente uxorem sine habitu: & in his Hispaniarum regnis ex Bulla Alexandri VI. edita anno 1502. clerici minorum ordinum non aliter fruantur privilegio fori, quam si per qua- tuor menses ante commissum delictum habitum, & tonsuram deferant, ut testatur Covarr. pra-cticar. question. 31. Gutierrez lib. 5. practic. cap. 5. Idem de Gallis referunt Boëtius dict. 69. Chal- laneus in confund. fol. 49. De Venetis Gigas

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

dē pensionib⁹ q. 94. num. 8. & si clericis tonsuram dimiserit, clericarumque renunciaverit, sed illam reassumperit, etiam inscio Episcopo, privilegio fori gaudet, ut probat Marinis lib. 1. resol. cap. 50.

9.
Dissol-
vitur
dubitā-
di ratio.

Nec obstat dubitandi ratio suprà adducta, nam verius est, ut probavi in *cap. clericorum de iudicis exemptionem* clericorum à jurisdictione seculari, quoad causas criminales, & civiles temporales, esse juris positivi; unde nonnullis in causis illis privilegium fori per sacros canones denegatur, veluti clericus affassino, *cap. 1. de homicidio lib. 6. joculatori post trinam monitionem, cap. 1. de vita & honestate clericorum lib. 6. carnificis, seu macellarii, aut tabernarii officium exercenti, Clement. 1. eod. tu. clericorum degradato, cap. cum non ab homine de iudicis; in minoribus ordinibus constituto, & matrimonium contrahenti successivè cum duabus, vel semel cum unica, & vīdūa, cap. unic. de clericis conjug. l. 6. & recte ita in præsenti textu docetur, clericum primæ Tonsure non deferentem habitum, & tonsuram, privari fori privilegio. Nec obstat augmentum primum dubitandi rationis; nam casu, quo clericus deserit habitum clericalem, & ut laicus incedit, non cognoscit iudex secularis de ejus causis criminalibus virtute prorogationis tacita, aut expresa, que nulla hoc in casu datur; sed quia in pœnam defensionis status clericalis privatur privilegio fori, ratione illius status illi competente, ut in aliis causis suprà enumeratis, ob delicta privata eodem privilegio, nec ab Ecclesia defenditur, quia in his causis, in quibus jus Pontificium afflitit, sufficit tacitus & immixtus consensus ipsius clericorum, argumento legis *si unus 27. §. illud, ff. de paetus, l. filius 8. §. veterani, ff. de procurat.* ubi docetur, plura tacite permitti, quæ expresa non permitterentur; ille namque implicitus clericorum consensus venit in consequentiam dimissionis habi-*

tus, cui est à jure canonico statuta pœna; & ideo hæc tantum velut principalis attenditur, non confessus ei consequens, ex *l. si quis nec causam 4. ff. si cerum petatur, l. vers. Prima, l. quod dicimus 7. ff. de auctorit. tutor.* Illustrat D. Joseph Vela *dissert. 45. §. l. num. 32.* Nec obstat, quod dicebamus de clero in minoribus constituto matrimonium contrahente; nam ille retinet privilegium fori, si deferat habitum, & tonsuram, ut suprà dixi, & probat Veladict. *dissert. 45.* at vero in præsenti agimus de clero primâ tonsurâ initato deserente habitum, & tonsuram; quia dum incedit ut laicus, privatur fori privilegio. Nec obstat ultimum augmentum deductum ex dicto capite in *audentia, Clement. 1. de vita & honestate clericorum.* nam facilè præsens decisi conciliari potest cum illis novis decisionibus, si in præsenti supponamus, monitionem præcessisse, aut ita deseruisse statum clericalem, ut enormiter publicè dederetur: quo casu ipso jure privari privilegio fori docuerunt *Covar. c. 32. præst. num. 2. Bobadilla lib. 2. polit. c. 8. num. 95. Borellus ad Bellugam, rubric. II. §. videndum, Redin de M. i. p. Princip. vers. Non armis solum, num. 174. Riccius in praxi tom. 2. resol. 172. Bossius in praxi, iii. de foro compet. ex num. 134. Sed contrarium, videlicet adhuc trinam monitionem, & declarationem judicis necessariam esse, recte docuerunt Martha de Jurijdict. 2. part. cap. 36. & 4. part. cent. 2. casu 135. Carolus de Graffis de effectibus clericorum effectu l. num. 891. Bonac. de legibus dispu. 10. queft. 2. punct. 1. §. 4. Ambrosinas de immunit. Eccles. cap. 17. n. 16. Barbos. lib. 1. de iure Eccles. cap. 39. à num. 80. & allig. 12. num. 24. Torreblanca de iuris spiritu. lib. 15. cap. 4. & 5. Diana part. 7. tract. 1. resol. 11. Castropalaes tom. 2. oper. mor. tract. 12. dispu. unic. punct. 6. num. 8. Egidius Coninch de sacram. dispu. 4. dub. 15. n. 159.*

C A P U T II.

Idem Abbatii Sanctæ Genoveſæ.

Ex litterarum tuarum tenore perpendimus, quod quidam ægritudine longa confectus, insano^b sortilegarum mulierum credens consilio, ut sanaretur, per iterationem fecit injuriam Baptismatis sacramento. Astigit huic autem sacrilegio adolescens quidam, bonæ (ut videtur) indolis^c acolytus, frater carnalis illius, in quo baptismus assurrit iteratus, qui ministerium in respondendo exhibuit presbytero baptizanti, & cooperator extitit rei nefandæ. Quia ergo tua nos duxit prudentia consulendos, qualiter puniri debeat acolytus, quem minor ætas, & intentio fraternalis salutis excusare videtur, discretioni tue prefentibus litteris respondemus, quod ad superiores ordines promoveri (si publicum est quod proponitur) non valebit, nisi ad religionem transire voluerit, ut favore religionis ipsius circa eum valeat dispensari. Si vero occultum est, promoveri poterit, & ex cesso suum dignis pœnitentiæ fructibus expiare.

N O T A E.

^a **G**enoveſa.] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 3. De hoc Abbatie, & ejus jurisdictione egi in cap. cum P. & G. de offic. deleg.

^b **S**ortilegarum.] Quibus fides non est adhibenda, ut infra dicemus in cap. 1. de sortileg.

^c **A**colytus.] Est autem acolytus minister Ec-

clesiae, cuius officium duplex est: unum deferre cereos accensos ante presbyterum, & cum legitur Evangelium in Missa, ac proinde accenderet cluminaria Ecclesiae: alterum est ministrare vīnum, & aquam in utrōcūs, dareque diacono, ut probavi in c. perleonis, vers. ad acolytum, 15. diss. c. cleros, vers. Acolyti, 21. diss. c. 1. vers. Deservientes, c. acolytus, 23. diss. Probant de eo gradu agentes, ultra scriptores de sacramento Ordinis, Valquez 3. p. in 3. diss. 263. num. 30. Vicecomes deritibus Missa volum. 3. lib. 1. cap. 25.

Titul. IX. De Apostatis.

231

cap. 25. P. Gregor. lib. 15. Syntag. cap. 6. Zerda in ad-
vers. cap. 94. Menardus in notis ad Sacrament. Divi
Gregorii, pag. 271. Espenceus ad epist. Pauli, lib. 1.
digress. cap. 8. & nos in cap. 2. de officio Archid.
d. Religionem.] Quatenus peringressum reli-
gionis irregularitas tollatur, exposui in cap. 1. do-
filius presbyter.

COMMENTARIUM.

Textus hic spectat ad secundam partem præsen-
tis rubricæ, quæ est de iterantibus baptisimis:
& gravitatem hujus criminis jam probavi in cap.
de baptismo. Nunc de pœnis baptismi ite-
rantium agendum est; & quidem varia statuta
sunt, tam in jure civili, quam canonico. Jure civili
Episcopi rebaptizantes deponuntur, & tam hi,
quam qui scienter rebaptizari se patiuntur, pri-
vantur testamento factione, & donandis amittunt,
exilioque cum multa decem librarum auti,
vel capitio puniuntur, l. 1. 2. & 3. Cod. ne sanctum
baptisma: quas illustrat I. Gothofst. ad tit. Cod.
Theodos. ne sanctum baptisma. Jure canonico non
tantum qui ex haeretica pravitate id faciunt, illis,
& aliis haereticorum pœnis subsunt, verum &
ita baptizatis communio denegatur, cap. eos, de
consecr. dist. 4. Syricius in Synodo Romana, epist. 4.
cap. 8. ibi: Venientes à Novatianis, vel Monten-
sibus, per manus impositionem suscipiantur, prater
eos, quos rebaptizant. Innocentius epist. 2. cap. 8.
Venientes à Novatianis, vel Montensibus, per ma-
nus tantum impositionem suscipiantur, quia quam-
vis ab hereticis, tamen in Christi nomine sunt bap-
tizati: prater eos, si qui forte à nobis ad illos trans-
cuntes rebaptizati sunt: hi si resipiscentes, & rui-
nam suam cogitantes redire voluerint, sub longa
penitentia satisfactione admittendi sunt. Concil.
Illerdense can. 9. & 14. ibi: Cùm rebaptizatis fi-
deles, religiosi nec in cipo participent. Refert Anton.
Augustinustom. 2. in epitom. juris, lib. 22. tit. 27,
irregularisque manent, cap. final. si dist. cap.
Afros 96. dist. cap. qui in qualibet 2. quast. 7. cap.
confirmandum, 64. 50. dist. ibi: Presbyter vel Dia-
conus depositus ob crimen non revertatur ad Clerum,
ut nec rebaptizatus. Et can. 27. codicis Ecclesia Afric.
ibi: Ut rebaptizati ad clericatus gradum non promo-
veantur. Felix Pontif. in Synod. Romana anni 487.
cujus acta extant in codice canonum Ecclesiæ Ro-
manæ, & tom. 2. Consiliorum, ibi: Communis do-
lor, & generalis, s. gemitus, quod in terra Africam re-
baptizatos etiam Episcopos, Presbyteros, Diaconos
que cognovimus. Et in epistola synodica ad univer-
sus Episcopos: Nec ex his unquam, qui in qua-
libet estate alibi, quam in Ecclesia Catholica bap-
tizatis, ad Ecclesiasticam militiam prorsus per-
mutantur accedere. Probat Justelus in not. ad
can. 27. Suarez de censur. disput. 31. sect. 3. Sal-
cedo in praxi, cap. 15. & 18. Gutierrez de delict.
quast. 59. Trocias de ver. & perfec. cleric. lib. 9.
cap. 9. Majolus de irregul. lib. 3. cap. 15. Gibalinus
eod. tract. cap. 5. per totum. Non tamen incurritur
hac irregularitas, nisi praecedente delicto, adeo
ut excusat quotiens propter ignorantiam culpa
excusatur. Quod verius censem Suarez disput. 42.
de censur. sect. 1. Gibalinus dict. cap. 5. 2. part. et si
contrarium teneat Majolus de irregul. lib. 3. cap. 14.
Nec pro eo facit textus in cap. quibus 17. de consecr.
dist. 4. nam cùm deducatur sit ex Penitentiali
Theodori Episcopi, vim legis canonicae non habe-
re jam docuerunt Covar. in Clement. Si furiosus, to-

part. in initio, homicid. Gibalinus de irregul. cap. 5.
part. 1. Et si dura videatur hæc interpretatio, po-
test dici, Theodorum loqui eo calu, quo igno-
rantiæ fuit crassæ, aut juris, cùm videlicet rebapti-
zatus ignoravit baptisimum iterari posse. Salcedo
in praxi, cap. 10. Quod si aliquis permittat se exte-
rius iterum baptizari, ita tamen ut intentionem
suscipiendo baptisimum non habeat, non incurret
irregularitatem; nam illa non dicitur formalis rei-
teratio baptisimi ex parte suscipientis, pœna autem
hæc restringenda est ad formalem rebaptizatio-
nem. Sic eram nec infans rebaptizatus irregulari-
tatem incurrit, cap. placuit, cum seq. 1. q. 4. quia
omni voluntate, & judicio caret. Nec contrarium
docet Felix III. in epist. 6. quam integrum refert Ivo
Carnot. 1. p. Decret. c. 29; in illis verbis: Nequa-
quam qui in qualibet atate alibi, quam in Ecclesia Ca-
tholica baptizati sunt, aut rebaptizati sunt, ad ecclesi-
asticas militiam prorsus permittantur accedere.
Ex quibus deducitur, etiæ infantes rebaptizatos ir-
regularitatem contrahere. Nam Felix Papa accipi-
endus est de illis, qui cùm essent doli capaces, bap-
tizari se, vel rebaptizari permiserunt ab hereticis, ut
docuerunt Glossa in c. in qualibet 1. q. 7. Gabalinus
dict. c. 5. Quæ solutio facile suadebitur si obser-
vemus, Felicem III. hanc epistolam ad Africanos Epi-
scopos scripsisse in causa eorum, qui in persecu-
tione Haereticorum Regis lapsi ab Arrianis rebaptizati
fuerant; & deinde redditâ Ecclesiæ pace à Gund-
bundo, in catholicam communionem recipi pos-
tulabunt anno 487. cùm jam Africani Episcopi
circa similem causam rebaptizatorum à Donatistis
in Concilio Carthag. Præside Aurelio ejusdem ci-
vitatis Episcopo, disceptassent anno Christi 397. &
in alia synodo Carthag celebrata ab eodem Aure-
lio anno Christi 400. statuerant, ut parvuli apud
Donatistas baptizati, nondum scire valentes erro-
ris eorum interitum, minimè impedirentur ad sac-
ros ordines promoveri. Unde credi non potest,
Felicem ipsi Episcopis contrarium scripsisse, præ-
cipue cùm in ea epistola jus novum non concedat,
sed tantum antiquum confirmet, ut recte conside-
rat, & probat Gibalinus dict. a 2. p. Constat ergo, in-
juriosa iterationem baptisimi inducere irregula-
ritatem; nam licet secundus baptisimus, ob cujus
susceptionem quis efficitur irregularis, non sit sac-
ramentum; attamen per eum injurya fit priori ba-
ptismo, & fidei, atque ita huic criminis talis est an-
nexa irregularitas.

Unde infertur, quod si quis sèpe sèpius rebap-
tizetur, etiam sèpe sèpius incurrit hanc irregula-
ritatem; nam quoties multiplicatur culpa, ob
quan imponitur pœna, toties similis pœna incur-
ritur: exempli gratiâ si quis post semel iteratum
baptisnum pœnitentiam egerit, & dispensationem
hujus irregularitatis meruerit, si postea iteraverit
baptisnum, iterum efficitur irregularis; nam re-
baptizatio non solum dicitur secunda iteratione bap-
tismi, sed tertia, quarta, & omnes sequentes post
primam, argumento legis 1. ff. de vulgar. Econtra-
rio vero, si quis errore ductus rebaptizetur, quia
credebat se ante baptismum fuisse, cùm revera
prior baptismus non valuisse, proculdubio irre-
gularis non efficitur, quia nunquam secundò bap-
tizatus est, quo usq; verus baptismus receptus sit;
nihil enim refert, quod quis habuerit animum se
rebaptizandi, si verè, & realiter non rebaptizetur.
Nec solum irregularis efficitur, qui rebaptizatur,
verum etiam minister, qui baptismum iterum ad-
ministrat; ut ex hoc textu constat, & probant
V 2 Santarell.

D.D. Gonzal. in Decretal. Tom.V.

Santarel. de heres. cap. 45. dub. unic. Gibalinus ditt. cap. 5. 3. part. Majolus lib. 2. de irregular. cap. 14. num. 6. qui eandem irregularitatem exten- dunt ad parentes, qui suos liberos rebaptizandos offerunt ad compates, atque alios cooperantes ejusmodi rebaptizationi, contra quos omnes etiam proceditur per Inquisitores in his regnis. Qualis tamen sit haec irregularitas, tam respectu rebapti-

zantis, quam rebaptizati, exponit Gibalinus ditt. cap. 5. part. 4. per rotam. Si tamen aliquis solo verbo absque intentione repabatizaverit, quamvis graviter peccet, non tamen efficitur irregularis, ut docent Henriquez lib. 4. summe, cap. 4. §. 3. Suarez ditt. disput. 31. scilicet 6. dub. 4. Gibalinus ditt. cap. 5. 4. part. quidem resolvit de rebaptizato per vim & gravem metum.

C A P U T III.

Innocent. III.

TUAE fraternitati. *Et infra*: Super secundo articulo inquisitioni tuae duximus respon- dendum, quod clerici, qui sunt de apostasie criminis infamati, qui videlicet ab- jecerunt habitum clericalem, non sunt in facultati habitu tolerandi, sed per distri- ctionem ecclesiasticam coercendi, donec deficiente probatione, ad infamiam abolendam purgationem canonica curaverint exhibere.

N O T A E.

1. **I**nnocent. III.] Ita etiam legitur in tertia col- lectione, *sub hoc tit. cap. unic.* nullibi tamen exprimitur cui referribat Pontifex, sed facile con- stat, legendum esse Brixiensis, ut in *cap. tuae, de Pro- curator.* ubi concessi alias partes hujus epistole.

COMMENTARIUM.

2. **I**n hoc textu agitur de clero in sacris, & ma- joribus ordinibus constituto, habitum clericale deserente, qui cogendus est illum reassume- re pœnitis ad jure statutis, videlicet excommunicatio- ne, *cap. si quis ex clericis.* de vita & honeste clericis, pri- vatione fructuum beneficii, *Clement. i. cod. tit. in- carceratione, cap. a nobis, hoc tit.* & jure civilisan- citum à Justiniano legitimus in *novella 5. cap. 6. no- vel. 6. cap. 7. novel. 123. c. 15.* ut clerici, qui in ordinibus sacris constituti, iis contemptis ad aliam vi- tam transiissent, pro ratione facultatum, vel Cu- ria civitatis sua servire cogerentur, vel Praesidis provinciae cohorti, seu officio addicerentur: quod postea mutavit Leo *novel. 7. & 8.* ubi similes deser- tores revocari ad priorem statutum jubet: idque etiam patet in *cap. quod interrogasti.* 27. *diss. cap. quem.* 20. *quaest. i.* grave peccatum est in clero habitum deserere, ut probat eleganter Sausay *diss. lib. 7. cap. 3. per totum.* Unde talis clericus apo-

stata appellatur; quo nomine tantum notantur magni peccatores Ecclesiae rebelles, ut Iudei, qui negaverunt Christum Regem suum, à Pruden- tio ibi:

---- Formidin rursus

Plebis apostatica, Dominum que ecce negasset. Et haeretici, quos apostolas pronuntiat Tertul. de precept. ibi: Persequitio martyres facit, heres apostolas tantum. Et Judam proditorem, aposto- tam dixit Sedulius *lib. 4. carminum.*

Tunc vir Apostolicus, nunc viles apostata factus. Excusatur tamen clericus non deferens habitum clericalem, velut si necessitas adiit tuendi vitam, honorem, fortunas, aut quidquam aliud simile, ut docent Glossa in *cap. nulla 21. quaest. 4. & in diss. cap. si quis ex clericis:* unde cum quidam reprehenderetur à Pontifice, respondit.

Tutius ut peterem laici sub imagine Romam, Fas fuit ut finerem luxuriare comam. Item excusantur clerici iter longum facientes, *cap. 3. 21. quaest.* ubi ex Synodo Romana sub Zacharia Papa ita legitur: *Episcopi, Presbyteri, Diaconi sacerdotalibus indumentis non utantur, nisi ut condecent tunica sacerdotali, prater si sustinere longo ambu- laverint.* Sed et clerici deserentes statutum clericale, apostata dicantur; tamen nisi uxorem du- cant, non subsunt Inquisitorum jurisdictioni, ut probat Salletes *tom. 1. de matri. Tribun. lib. 1. re- gul. 107.*

C A P U T IV.

Idem in Concilio generali.

Quidam (sicut accepimus) qui ad sacra undam baptismatis voluntariè accesserunt, veterem hominem omnino non exiunt, ut novo perfectius induantur: cum prioris ritus reliquias retinentes, christiana religionis decorum tali commixtione confundant. Cum autem maledictus sit homo, qui terram duabus viis ingreditur, & induit ueste non debeat bino, itaque contexta: statuimus, ut per c. Prælatos Ecclesiarum talis observantia veteris ritus omnimode compescatur, ut quos christiana religio liberæ voluntatis arbitrium obtulit, salutiferæ coactionis necessitas in ejus obser- vatione conservet; cum minus malum existat viam Domini non agnoscere, quam post agnitam retroire.

NOTE.

NOTÆ.

^a **G**eneralis.] Lateranensi videlicet sub Innocencio III. celebrato, ubi cap. 70. reperitur textus hic pro ut in præsentis transcribitur. De hoc Concilio nonnulla notavi in cap. 1. de summa Trinitate.

^b **L**ino, lanaque.] Deuteron. cap. 22.

^c **P**ralatos Ecclesiæ.] Ad quos tantum, videlicet Inquisitoris, spectat apostatarum cognitio; cum apostasia sit ejusdem speciei ac hæresis: unde sicut de hæresi, nec de jure, nec de facto cognoscere potest index secularis, c. vii inquisit. 18. §. prohibemus, de hæreticis lib. 6. ita nec de apostasia, sive quæstio facti, vel juris disceptetur. Bordonus tom. 1. facr. tribun. cap. 9. selt. 2. num. 21. Carena part. 1. de offic. Inquisit. tit. 3. num. 13. Diana part. 4. tract. 1. resol. 12. etli contrarium defendat Pereyra part. 2. manu Reg. cap. 74. per totum.

COMMENTARIUM.

Ratio dubitandi hujus textus proponenda est ex juris principiis, quæ adduxi pro dubitandi ratione in cap. ad abolendam, de hereticis: & etiam difficilis est præfens constitutio, dum in ea Patres Concilii Lateran. tantum statuant, apostatas à fide catholica cogendos esse ritus alterius religionis deferere. & fidem Catholicam servare, ac custodire, nullâ fanciâ pœnâ in fideles lapsos in apostasiam, cum certum sit eos varijs pœnis afficiendos esse, juxta canones Ecclesiæ suprà relatios. & alios congettos ab Antonio Augustino in epitome juris, tit. 4. lib. ii. Crespicio in summa, verbo Astatata à fide. Unde minus perfecta, seu integra videtur præfens constitutio; siquidem in omnibus Ecclesiæ canonibus, in quibus de his Apostatis à religione agitur, semper adjiciuntur pœnæ, quibus ipsi apostatas afficiendi sunt.

Quâ dubitandi ratione minimè obstante, vera est præfens assertio, pro cuius expositione scire oportet, in præsenti agi de apostasia vera à religione; nam quoties sine adjuncto apostasia dicitur, intelligitur apostasia à fide. Est autem apostata à fide, qui omnino à Christiana fide defecit, reversus, seu transiens ad Judaismum, seu Paganismum, l. 1. 2. & penult. Cod. hoc tit. cap. non potest 2. q. 7. cap. contra de hereticis lib. 6. qui in ritus Judaicos, seu sacrificia paganorum transiunt. l. 3. C. Thiod. de apostatis, l. 1. & 7. cod. Cod. de Iudeis: inde dicunt violata religionis rei, l. 3. Cod. Thiod. de Apost. docuerunt Decianus lib. 5. tract. crim. c. 71. num. 4. & cap. sequenti, Farinac. de heresi q. 18; §. 2. num. 13. D. Thomas 2. 2. quest. 11 per totam Ricciulus lib. 6. de jure personar. cap. 2. Carena de offic. Inquisit. 2. part. tit. 3. Salellus lib. 1. de mater. tribun. cap. 13. regul. 107. I. Gothofr. ad tit. de apostatis, in Cod. Thiod. Thomas Delbene part. 1. de offic. Inquisit. dubit. 47. Duo ergo copulativè desiderantur, ut quis propriè fidei apostata dicatur. Primum, quod talis recessus à fide sit omnimodus, unde licet Christianus recedat à pluribus fidei articulis, tamen si retineat adhuc fidem in reliquis, hæreticus, non verò apostata est, dicto cap. non potest, cap. beatus 7. quest. 4. D. Augustin. lib. 18 de civitate Dei, cap. 5. probant Canus de locis cap. 9. Simanc. de Cathol. tit. 7. Rojas de heretic. part. 1. num. 486. Apostata igitur est, qui totus recedit à fide; hæreticus verò, qui in parte. Unde qui apostata est, hæreticus continuo est, qui verò in hæreti aliquo est, apostata propterea non est. Hæreticus fur dicitur, & latro, Iohannis cap. 10 quasi qui è verbo Domini aliquid intercipit, & quasi correctat: apostata plus quam fur, qui totum surripit, quin & se ipsum, veluti fugitivus Christi teritus efficitur, ut exponit Mancinus lib. 1. de tripli iuri, collat. cap. 146. Secundò desideratur, quod recessus ipse sit à fide catholica, unde qui ab improba facta in aliam reprobata se transfert, veluti è paganismo ad Judaismam perfidiam, ve Mahometanismum, apostata non dicitur, ut probant Campegius de dote quest. 77. Jul. Clarus in praxi crimin. §. final. q. 7. num. 4. cum enim Christianæ militiae nunquam nomen dederit, non est ratio quare possit ejus defertur judicari, argumento legis 4. §. idemque, l. manumissiones, ff. de just. & iure, l. de clem. ff. de V. O. Sed si quis baptizatus sit de novo verè, nec sub debita forma, distinguendum est, an ipse ignorans defectum baptismi à fide recedat, an post recessum nullitas baptismi deregatur; quo causa apostata dicitur, & ut talis puniendus est. Castro lib. 1. de hereticis. punit. cap. 8. quest. 3. ad finem, Ricciulus

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

Ricciulus de jure person. lib. 6. cap. 3. Bordonus tom. 1. sacri tribun. cap. 9. scđt. 2. num. 11. Ratio est, quia quamvis iste baptizatus non esset baptismō fluminis, baptizatus tamen erat baptismō flaminis; & si contigisset ipsum ita decidere, salvare posset, cap. final. vers. Nullus de pani. dist. 7. cap. debitum, de baptismō, c. 2. de presbytero non baptizato. Quare talis ad hoc nihil differt ab eo, qui juxta Ecclesiæ ritum baptismum suscepit, vel sicut ebat se baptizatum non esse, & non curavit baptizari, & tamen pro tali ab omnibus existimari contendebat: quo casu licet in foro poli apostata judicari non possit, tamen in foro fori iisdem pœnis placentibus est, quibus & ceteri apostatae puniuntur; quia cum ipse tanquam Christianus se gesserit, & ut talis velet à ceteris fidelibus haberi, & honorari, utique talis præsumitur, ut resolvunt Bordonus *sprā*, Ricciulus dict. lib. 6. cap. 3. num. 5. quia quilibet debet judicari juxta habitum quem defert, l. item 15. §. signis virginem, ff. de injuriis, cap. in audentia, de sent. excom. cap. si index, eod. tit. lib. 6. & tanquam Christianus talis debet Christianorum legibus subjici argumento legis *Iudai*, *C. de Indai*. Accedit quia non debet esse in aliquibus potestate Christiani nomen sic ementiri, ut Christianorum inter fideles fruatur honoribus, pœnas autem si dei transgressoribus inflictas evadat, cum qui sentit commodum, sentire debeat incommodum, l. secundum, ff. de R. I. cap. charitatem 12. q. 4. cap. accidentibus de privil. Sicut etiam hereticus reputatur, non solum quiverē est Catholicus, sed etiam is, qui cum verē Catholicus non sit, tanquam talis se gerit, argumento legis 1. C. si minor se majorem, Castro de justab heretic. punit. lib. 1. cap. 8 Simanc. de Cathol. tit. 31. n. 5. quia in hac parte plus operatur opinio, quam veritas, cap. final. de presby. non baptiz. Ricciulus *sprā*, num. 6. Et hæc apostasia committitur per translītū ad ritus Judaicos, cap. contraria, de heret. in 6. Simanc. de Cathol. tit. 35. num. 9. Eymericus p. 2. direct. q. 4. num. 1. Farinac. de heret. q. 178. n. 136. quia non solum verbis, verū & factis Deus negatur, cap. existimant 84. n. 9. immo facta potentiora sunt ad explicandum animum, quam verba, l. statim 48. § ei qui, ff. de adslit. edit. l. de quibus, ff. de legibus, cap. dilecti 52. cap. ut nostrum 56. de appellat. Cicero 3. Tusculan. Quid verba audiam, cum facta videam? Castillo lib. 3. controv. cap. 107. n. 17. Ideo convictus, aut confessus de actibus, seu cæremoniis Judaicis, damnandus est ut apostata, et si animum, intentionemque negaverit, cap. filii, cap. contra, de heret. in 6. Sylvester verbo Hæres 1. q. 7. Anania in cap. excommunicamus, §. credentes, de hereticis, Repertor. Inquisit. verbo Apostasia, Simancas tit. 10. num. 9. & tit. 50. num. 5. Farinac. de heret. q. 178. n. 139. Et quamvis hoc casu reum subjicendum esse tortura super intentione, docuerint Simanc. de Cathol. tit. 65. num. 52. & in Enchrid. tit. 29. n. 10. Penna p. 3. Direct. comment. 10. & alii, hoc tamen procedit quando cæremonia a reo facta dubiae sunt, veluti je unia; secus vero si cæremonia sint reprobata suâ naturâ, ut circumcisio, celebratio Pascha Judæorum, aut similia, quæ ex se hodie mala sunt, unde interpretari nequeunt in bonam partem, qui in quolibet facto attenditur ejus natura, l. si unus 27. §. paulus ff. de pacis, l. cum filius 76. alias. 8. §. heres meus, ff. de legat. 2. c. ab exordio 3. 35. dis. Lact. Firmian. lib. 3. divin. inst. cap. 15. Nihil interest quo animo facias, quod fecisse vitiōsum est, quia facta cernuntur, animus non videtur. Unde si quis convictus, vel confessus reperiatur actus qui

tuâ naturâ ad Judaicam religionem, vel aliam im- probatam sectam spectant, tanquam apostata ita- tim damnandus est, nullâ torturâ præcedente. De eo tamen, qui desert tantum vestes Gentilium, aut Judæorum proprias, an dicatur apostata, examinat Suarez de fide disp. 14. scđt. 5.

Circa illum autem, qui coacte, & per vim fidem catholicam abnegavit, vel Idolis sacrificavit, cor de ap. de tamen fidem retinuit, dubium est. Et quando statu po coactio est præcisæ, sive absoluta, nempe quia om. vim, au nino renitens, ligatus manubis, & pedibus circum- per me. ceditur, vel eius genua fleantur coram idolis, tum, nullo modo apostata judicatur, c. presbyteros 31. 50. dis. cap. constat 1. q. 1. docent Penna ad Eymericum, p. 1. Direct. commentar. 24. Simanc. tit. 27. num. 19. Selles suprà, regul. 107. Bordonus dist. c. 9. scđt. 2. num. 14. Ratio est, quia eo casu pati potius, quam agere videatur, cap. sacrif. ubi notavi, de his quæ vi, ideoque pœnam non meretur, l. f. diffissimam. C. ad leg. l. l. de adult. Si vero vis illata non fuit præcisa, sed coniunctionalis, quamvis gravis, veluti mortis, seu cruciatus, tunc verē apostata, seu hereticus dici non potest, cum corde credat, & non adit error pertinax, qui ipsum separare possit à communione fidelium, cap. non solum 85. 11. q. 3. Sanchez lib. 2. summe, cap. 7. num. 8. Ricciulus dict. lib. 6. cap. final. Peccat tamen ipse lethaliter, quia potius pati mortem deberet, quam fidem abnegare, juxta tradita in dict. c. sacrif. tum eriam quia licet coacte negat, negat tamen, quia voluntas coacta, voluntas est, cap. majores. §. final. de baptismō, l. si parere, ff. de ritu nuptiar. Quamvis enim nolit Christum abne- gare, tamen eligit illum negare potius, quam pati pœnam comminatam, cap. non solum 11. q. 1. cap. qui merito 15. q. 1. Et quia Ecclesia non judicat de occul- tis, cap. 1. de clandest. despors. ipsum in foro exteriori ut fulpunctum de heresi punit, can. 2. Apsf. ibi: Si clericus ob metum Iudei, Græci, vel hereticis nega- verit nomen Christi, ejicia tur, si nomen clerici depo- natur, sed post paenitentiam aui laicus suscipiatur, Con- cil. Ancyran. can. 4. De his, qui per vim immolarunt, & canam sumpserunt cum idolis, quicunque habita meliore profecti sunt, & ueste pretiosore accubuerunt, annū audiant, triennio subiectantur, biennio tamen oratione tantum communicent, postea ut in integrum restituantur. Et can. 6. De his, qui minis punitonis, & ablutionis honorum, & exsilio sacrificarunt, & ante hanc diem non eos paenituerit, neque conversi sunt, tempore ante hujus Synodus reverti cogitant: Placuit, ut hinc ad magnam diem Paschatis ad audiendū recipiantur, post eam diem triennio paenitentiam subiecti, & post aliud biennium communicent in oratione sine oblatione: & ita in integrum restituantur sexennio com- pleto. Si qui vero ante Synodus suscipiunt fuerint ad paenitentiam, ab eo tempore initium sexennio ducant. Si quod vero mortis periculus ex morbo, aliave causa evenierit, recipiantur. Et c. 8. Quibus, vel ut per vim sacrificarunt, quadriennio subiecti paenitent, biennio antem sine oblatione communicent, septimo integre recipiantur. Concil. Arelat. 2. can. 10. De his, qui in perfecione prevaricati sunt, si voluntarie fidem ne- gaverint, hoc de eis Nicana Synodus statuit, ut quinque annis inter catechumenos exeat, & duos inter dis. communicantes, ita ut communione inter paenitentes non presumant, in potestate tamen, vel arbitrio erit Episcopi, ut si eos ex animo errorem destere, & agere paenitentiam videat, ad communione pro ecclesiastica humanitate suscipere. Et c. Si qui vero dolore vitiis & pondere persecutionis, negare, & sacrificare compulsi sunt, duobus annis inter catechumenos, triennio inter

Tit. IX. De apostatis.

235

De pa-
nus apo-
stolarum
inter paenitentes habeantur à communione suspensi.
D. Basilius ad Amphyl. b. cap. 80. Qui in barbaro-
rum incursione fidem in Christum violarunt, factis
sacramenis Genitibus, & quibusdam nefaris, qua-
idolis magis oblatas, ab eis gustatis, ii secun-
dum leges à Patribus jam editas, & canones dispen-
sentur.

līcē, ritus Judaicos, aut Paganos sectatur, tali com-
mixtione polluit veram religionem, quam profes-
sus est, cū simul ultramque religionem colere ne-
queat. Unde recte PP. Concilii Lateran. statu-
runt in præsenti, ut talis observantia veteris ritus
omni modo compescatur, ut quos Christianæ
Religioni liberæ voluntatis arbitrium obtulit,
salutiferæ coactionis necessitas in ejus observatio-
ne conservet, ut etiam dicitur in cap. resuscitatus,

Deinde ut ad penas Apostatarum perveniamus,
scindendum est, tanta cum execratione tales deserto-
res primis Ecclesiæ sacerdotis habitos fuisse, ut ba-
ptizatos ab eis iterum baptizandos esse afferuer-
set D. Basilius ad Amphylachium can. 1. & illis ve-
nia etiam in exitu vita denegabatur, ut refertur in
l. 3. Cod. de apostatis, & latè probavi in cap. 1.
& 26. Concilii Illiber. observavitque Albae pñneus
lib. 2. obser. cap. 9. cum duabus sequent. & l. Go-
thofri, in l. 5. Cod. Theodos. hoc titulo. Sed postea à
Concilio Niceno paenitentia data fuit: & Syri-
cias Pontif. epif. 1. ad Hieronim. Tarragon. Episco-
pum, cap. 3. apostatis nullum paenitentia tempus
præscribit, sed toto vitæ cursu eos paenitentiam
agere, & à sacra communione, praterquam in
articulo mortis, arceri voluit. Deinde heretico-
rum peccata puniuntur, cap. contraria de ha-
reticis in 6. Unde cūm pœna capitis iure civili in
hereticos lancita fuisse, l. Manichæus, l. Ariani,
Cod. de hereticis, eadem in apostatas statuta fuit,
l. 5. Cod. de apostatis; itidem bonorum præscriptio,
l. 7. Cod. Theodos. de Iudeis: perpetua infamia in-
ulti omni dignitate spoliavit, l. 1. Cod. de apo-
statis, l. 11. Cod. de fide testium, in Theodos. privan-
tur utraque testamenti factio, l. 1. & 2. Cod. Theo-
dos. eod. tit. & contra similes desertores fidei pro-
ceditur in Tribunalibus sanctæ Inquisitionis eodem
modo ac contra hereticos, concessâ eis paenitentia
revertitur ad fidem Catholicam, & injunctâ
paenitentia per tempus congruum in carcere cum
habitu, juxta tradita suprà in cap. excommunicati-
mus, §. 1. de hereticis. & si relapsi sunt in apostasiam,
traduntur omnino brachio sacerulari, ut pœna mortis
afficiantur. Immò in his Tribunalibus Hispania major pars causarum fidei est apostatarum à reli-
gione, circa quos verfatur eadem praxis, quam
circa hereticos retuli suprà hoc tit. de hereticis.

Nec obstat dubitatio ratio suprà expensa; nam
licet Patres Concilii Lateran. in præsenti non im-
ponant pœnam desertoribus fidei Catholicæ, &
ritus Judaicos, seu paganicos sectantibus; non
negarunt tamen eos debitis pœnias puniendos esse,
immò dum sanxerunt, similes apostatas cogendos
esse per judices ecclesiasticos, veteres ritus
Gentilicos, seu Judaicos abjurare, aperte suppon-
nunt debitis pœnias per sacros canones veteres, &
novos statutis compescendos esse; & cogendos Ca-
tholicam religionem, quam semel professi fue-
runt, custodiare, & retinere. Manet ergo, fidelibus
Christianis non licere, postquam à Judaica
perfidia, seu Gentilismo ad fidem Catholicam per-
venierunt, veteres ritus colere, aut ad pristinam
superstitutionem redire. Unde in præsenti exponen-
di sunt textus in canone 1. 2. 3. 46. & 55. Concilii Il-
liber. quorum interpretationem in coruini notis ad-
duximus: & textus in can. 35. Synodi Laodic. in illis ver-
bis: *Nō oportet Christianos relinquare Ecclesiam
Dei, & abire, atque angelos nominare, & convenitus
facere. Si quis in ea idolatria reperiatur, anahe-
matis, quod religerit Dominum nostrum filium Dei
pro idolatria. Quem exposui in cap. conquisitus, de
ferris: & textus in can. 9. Concilii Toler. 2. in illis
verbis: *Ne Iudei more suo celebrant Pascha, vel car-
nis circumcisioinem exerceant. Quem de Iudeis con-
versis, & ad veteres ritus redeuntibus, exposui in
cap. Iudei, de Iudeis.**

7.

His suppositis ratio præsentis decisionis ex eo
Tradit. provenit, quia qui post professionem fidei Catho-

C A P U T V.

Archiepiscopo a Tyrensi.

A Nobis expedit tua fraternitas edoceri, quid de apostatis sit agendum, cūm in cu-
stodia detinentur, eo quod ^b minis, vel blanditiis nullatenus possunt induci ut ab-
jectum monachalem habitum reassumant. Ad quod tibi breviter respondemus, quod
tales, si volueris, potes sub gravi custodia ^c carcerare, ita quod solummodo sibi vita mi-
sera reservetur, donec à suæ præsumptionis nequitia resplicant.

N O T A E.

^a Tyrensi.] In sexta collectione legitur Turo-
nenſi; fed in quinta compilatione Hono-
rii III. habetur Tyrensi, ex qua inscriptionem, &
litteram transcribo. De Metropoli Tyrensi non-
nulla adduxi in cap. 8. de offic. Ordin. in præsenti atten-
tem rescribit Honorius Archiepiscopo, quia for-
tè monachi illi, de quotum apostasia agitur, non

erant exempti, immò potius ejus jurisdictioni pa-
rebant.

^b Minis, & blanditiis.] Quia apostatae tam
blanditiis, quam rigore revocandi sunt ad mona-
sterium, ut doctè, & latè probat Theophilus Ray-
naldus tom. 17. tract. de apostasia à religiosis ordinari-
bus, cap. 18. per tetrum.

^c Carcerare.] Juxta Ecclesiæ disciplinam,
quam illustrabimus in cap. novimus, de V.S.

C A P U T VI.

Archiepiscopo Lundenſi.

Consultationi tuæ breviter respondemus, quod Monachus aliquem ^b Ordinem in apostasia recipiens, quantumlibet suo fuerit reconciliatus Abbatii, & receperit penitentiam, absque tamen dispensatione Romani Pontificis ministrare non potest in Ordine suscepito.

N O T Æ.

Lundenſi.] in sexta collectione legitur *Lugdunensi*: sed ex quinta collectione Honori III. ita restituo inscriptionem, & literam. De Lundenſi Ecclesia nonnulla notavi in c. 2. de conſuetudine.

^a b *Sacrum Ordinem.*] Non verò si minorem, ut vulgo creditum est, cùm præsens constitutio non sit amplianda contrà expressa verba Honori III. ut notarunt Theophilus Ryanaudus dicit, tract. de apostas. cap. 13. Sanchez lib. 8. *summa*, cap. 8. n. 26. Suarez de censur. disput. 31. ſect. 6. num. 2. Gibalinus de clausura Regul. de quisit. 2. cap. 3. §. 4. Agit item Honorius in præſenti de solis sacris Ordinibus suscepit in apostasia, non autem de suscepit anterius: quare in illis ministrare poterit: & quia juxta textū in cap. cum illorum, deſent. excom. majoſa intelligunt illis prohibita, quibus verita sunt minora, minusque est ut ordine, quām promoveri ad superiorē ordinem; idē plures, quos adducit, & sequitur Sanchez ſuprā, num. 22. inferunt ex hoc Honori decreto, cum qui aliquem sacram ordinem durante apostasia ſuſcepit, prohiberi ascendere ad Ordines ſuperiores, niſi interveniat Papæ diſpensatio: fi autem nullum ſuſcepit ordinem durante apostasia, poterit poſt reſconciliationem, & poſtquam ſua Religioni reſtitutus eſt, ad quoſcunq; Ordines ascendere, niſi etiam interveniente diſpensatione: docuerunt Theophilus, & Gibalinus ubi ſuprā, quia illi tantum ſunt prohibiti durante apostasia ad ordines promoveri, cap. final. 50. *distin.* nam decreta contraria Pauli IV. & Pi V. apostatas in perpetuum à quoſ gradu Ecclesiastico, & cujuſvis ordinis executione excludentia, Emanuel Rodriguez tom. 2. *summa*, cap. 6. num. 7. negat fuſſe recepta; preſertimque quod Paulus IV. etiam eos, qui ex Apoſtolica conſeſſione ē Monasteriis exiſſent, eodem modo mulctabat, reſciſſum eft à Pio IV. ut Onuphrius ſcribit in addit. ad Platīnam, in Pio IV. Viendus Navarrus conſil. unic de apostatis, de vero ſenſu bullæ Pauli non parum anceps.

COMMENTARIUM.

^{2.} *Traditur concluſio, & probatur.*

In his duabus Decretalibus agitur de tertia apostasia ſpecie, videlicet à Religioso Ordine; & communiter ex eis talis deducitur aſſertio: Monachi deſerentes habitum, & professionem ſuſi retrahendi, & carceri mancipandi, ac aliis penitentia diſcordi habitum reaffiſſant. Proabant eam textus in cap. quidam Monachi 16. queſt. 1. c. propositum, c. eos qui 20. queſt. 3. Concil Arelat. 2. can. 25. ibi: *Hi qui poſt ſanctam Religionis profesionem apostatant, & ad ſaculum redeunt, & poſtmodum penitentia remedia non requirunt, ſine penitentia communionem penitui non accipiunt.* Aquifgran. 2. can. 3. Tolet. 4. can. 54. *Non aliter & hi, qui a parentibus*

*detonſi fuerunt, aut ſponte ſua amiciſis parentibus ſe ipſos Religioni devooverunt, & poſte habitum ſacularem ſumperunt, & iūdiciū a ſacerdoti comprehenſi ad cultum Religionis aetate priuis paenitentia revoeniunt. Quod ſi converti non poſſunt, veluti apoflate, anathematis ſententiis ſubſiciantur. Tributi enſe 1. can. 26. Si quis Monachus pro luctu anime, vel animarum a ſuo Monasterio exire, & aliud poſſuerit intrare, conſentientibus Episcopo, & abate, & Fratribus conſentimus, & concordamus, quia id feciſe multos Sanctos legimus. Se vero frugilegularis diſciplina elapsus propositum ſanctitatis calcaverit, omnimodo coercendus, & ab hominibus deteſtandus, atque omni honore eft gravandus, ut ſalem rubore verecundiae confundatur, & onore paupertatis affligatur redēat, quem reliquā singularitatis profesione inimicis tenebant. Si autem tam irreverens, & pertinax eft, ut ad Monasterium redire, & propositum Monachū relatauerit obſervare, impleantur ſuper eum conſtituta que de ea ſcripta ſunt in San. Canone Concilii Chalcedonienſi. Siricij Papa, & Leone, quatenus retrouſu ergaſtule, de quo eruit tantum posſi paenitentia igne purgatorio. Matricon. 1. can. 19. Lugdun. 2. ſub Pelagio can. 3. anno 684. Toletanum. 6. can. 5. Tolet. 10. & 6. ibi: *Quisquis vel abolutione tonsure, vel ſaculare uestis, aſſumptione deteſtus fuerit attigitte transgressionem, & excommunicacionem, censuram acſipiat, & religioni ſemper adhaeat.* Con il Verneſe can. 4. Hic, qui poſt evidenter conſectionem monaſticam etiam habitum reliquerunt, vel qui ſuā culpa projiciuntur, niſi redire, & quod Deo ſpoſonderunt, implere conſentiant, hoc credimus poſſere remedio ſubveniri: ſi in ergaſtulo inclauſitam in a conuento hominū ſe abſtineat, & pietatis intuitu conveſtientibus maceſerentur operiū, donec ſanctitati correctionis admittant. Siricius Pontificis epiftolā ad Himerium Tarragon. Epifc. de Monachis apostatis, & conjugiū ineuntibus ait: *Ubi tantum facinus continualiter defenſores, purificatorio poſſint paenitentia igne decoquere, ut eis vel ad mortem ſaltē ſolus misericordia intuitu, per communionis gratiam poſſit indulgentia ſubvenire.* Concil. Treverenſe ſub Joanne ejusdem Urbiſ Archiepiscopo, can. 7. Colonienſe 4. can. 1. 2. 3. & 4. Mognunt. 4. can. 78. De Monachis vagabundis, qui jugum excuſſerunt, & deſerit Monasteriuſ, atque ſpētā ſuorum Prałatorum obedientiā in ſacculo verſantur, iubentur ut bi diligenter inquirantur, & ad ſua Monasteria revoeniantur, alias per censura ecclesiastica panas ad ſuas regulas. & ſub Prałatorum ſuorum obedientiam retribuſiſſim. Similia quoque fanxerunt ſuis legibus Imperatores lib. 4. Baſſic. tit. 1. c. 11. & titul. 9. cap. 4. ut refert Ballamon in nomocan. Phocic. tit. 9. cap. 32. alia Ant. Auguſt. in epif. iii. 31. Illuſtrant ultrā congeſtos à Barbosa in praefanti, Turrianus lib. 1. de votis monaſticis, colum. 1. Crefpetius in ſumma, verbo *Apoſtata à Religione*, Auendanno lib. 2. de*

*metu, cap. 10. n. 63. Cironius in notis ad s. compil. in
presenti, Gibalinus de clausur. regul. 2. part. cap. 3.
per totum, Ricciulus lib. 7. de jure person. cap. 1. 2.
& 3. Girago de regimine regul. part. 3. dub. 29. Azor
tom. 1. infit. lib. 12. cap. 17. quest. 6. Fagundez in se-
cunda Eccles. praecep. cap. 5. num. 16. Sanchez lib. 6.
in Decalog. cap. 8. num. 20. Suarez tom. 4. de relig.
tract. 8. lib. 2. cap. 10. num. 3. Theophil. Raynaud.
dus tom. 17. tract. de apostasia à relig. ordin. per tot.
Thomas Delbene part. 2. de officio Inquisit. dubit.
236. Lezana tom. 1. part. 1. cap. 16. num. 12. Murga
tom. 2. disquisit. tract. .. disput. 1. dub. 6.*

Sed pro dubitandiratione in praesentem assertio-
nemita argumentor. Apostata ita sunt noxii,
& nocivi Religioni, ut meritò omnes Religiosi
gaudere possint, quod in seculo separati ab
corum confortio degant, ideoque nec requirendi,
nec retrahendisunt, siquidem bonum commune
monasterii labefactant, & ideo præferendum est
bono singulare apostata, quod significavit san-
ctus Bonaventura in lib. quest. circa regul. sancti
Francisci, quest. 14. ubi loquens de tali Religioso
inquit: *Si Deo permittente talis seipsum ejiceret,
gratia sunt agenda Deo, non quia ille peccavit, sed
quia oves suas à pestifera contagione liberavit: ui-
nam absindantur qui vos conturbant, scilicet pu-
riutatem vestram, pacem, & famam.* Ergò minus
rectè in praesenti docetur, cogendos esse apostatas
à Religione redire ad Monasterium, habitum
que realsumere. Augetur hæc dubitandi ratio ex
eo, nam si jure communī possent Prælati regulares
Monachos apostatas retrahere, & carcerari man-
cipare, fructu id concederetur specialibus privile-
giis quibusdam Religionibus, argumento legis u-
nicae, *Cod. de thesaur. lib. 10.* Sed facultatem excom-
municandi, & carcerandi apostatas legimus con-
cessam Fratrib. Minoribus ab Innocentio VIII. his
verbis: *Generalis, & Provincialis minister, & custo-
des, & ceteri Fratres Ordinis Minorum possunt apo-
statas, & insolentes d. Ordinis excommunicare, li-
gare, & capere, etiam carcere mancipare, invocato, si
opus fuerit, auxilio brachii fasculari. Quod privile-
gium, & aliud simile Clementis IV. referunt Ca-
laturios in compend. privileg. Mendic. num. 4. Ro-
driguez tom. 1. q. regul. quest. 3. art. 6. & simile pri-
vilegium concessum Fratrib. Carmelit. refert Chopo-
pinus lib. 2. monast. titul. 1. num. 38. igitur quia jure
communi non licet Prælatis Religionum apostas-
tas carcere mancipare.*

Quâ dubitandi ratione non obstante vera est
prælens assertio, pro cuius expositione, omissis
quaæ de Monachis fugitivis adduxi in cap. final. de
Relig. regul. sciendum est, quod licet rideant hi, quibus
omnia sacra ludibriæ sunt, apostatas dici Mono-
chos, qui Monasterium deseruerunt; verius tamen
est, quod exemplo eorum qui discedunt à fide Ca-
tholica, etiam desertores religiosæ militiæ rectè
apostata dicuntur. Concil. Tolct. 4. can. 54. ibi :
*De his qui ex Monachis, prævaricatoro laici facti
sunt, quod si admoniti non revertantur, ut vere apo-
stata coram Ecclesia anathematis sententia condam-
nentur. Arelat. 2. can. 15. Hi, qui post sanctam Reli-
gionis professionem apostatai & ad sacrilegum redirent.*
Gofridus Vindoc. lib. 2. epist. 4. *De Clericis quidem
redicimus, qui & religiosi habitum abjecerunt, & in
ipsa apostasia diu morantes, illicitis se contagionibus
commisuerunt. Notavit Bosquetus ad Innoc. III.
lib. 2. epist. 94. Apostasia hæc committitur per defe-
ctionem à statu Religioso per substantialia vota
initio: quæ tamen defectio sufficiens sit, non con-*

stat apud Doctores, ut videre est ex traditis à Ric-
ciulo d. lib. 7. cap. 1. & 2. Gibalino dict. cap. 3. §. 2.
Theophilo dict. tract. de apost. ex quorum veriori
doctrina sequentes casus sunt distinguendi. Pri-
mus est, cum quis manens in Religione, & cum
ipso habitu proponit, & profert se amplius nolle
manere in Religione; adhuc enim apostata non
est, ut docet Nauarr. *ad hunc titul. consil. unic.
num. 4.* Exigitur enim, ut recessus fiat non pro-
posito tantum, & voluntate, sed etiam de facto
à Religionis septis: quo nomine intelliguntur
tus ambitus domus religiosæ, etiam horti, ut do-
cent Lessius lib. 1. de justi. cap. 41. num. 109. Fa-
gundez in 2. precept. lib. 8. cap. 5. num. 1. Secundus
casus est, cum quis egressus est è septis Monasterii,
retento tamen habitu. Et negant tantum recessum
cum illum sufficere ad apostasiam, Nauarr. *ad hunc
titul. consil. 10.* Calderin. consil. 1. de apostatis, Gra-
fisis p. 1. decisi. lib. 3. cap. 26. n. 10. eti parum lib. 1
constans cap. 27. nn. 7. & alii relata Ricciulo d. cap. 1.
sed nonnulli asseruerunt, similem recessum etiam
cum abjectione habitus non sufficere, nisi fiat ani-
mo nunquam redeundi ad Monasterium: ita Ric-
ciulus *språ*, Cajetanus in *summa, verbo Apostasia.*
Et certè qui retento habitu religioso fugit ad sæcu-
lum animo ibi hærendi, propriè, & simpliciter
est apostata, ut pluribus relat. docent Suarez d.
lib. 3 cap. 1. num. 13 & d. l. 5. ann. 25. Tamburinus
de jure Abbatum tom. 3. disp. 8. quest. 1. num. 12.
Sanchez d. lib. 6. c. 8. num. 4. Azor p. 1. infit. lib. 12.
cap. 17. q. 6. Valentia 2. 2. disp. 1. q. 12. p. 1. Theophilus
Raynaud. tom. 18. fol. 170. quia nihil refert ad
declinandam apostasiam labem, quod habitum quis
retineat exteriori, si revera jugum animo excutiat
eo perfecto modo, qui est apostasie intrinsecus.
Accedit & illa ratio, quia siue habitus non fa. it
Monachum, cap. porreclum, cap. ex parte deregul.
c. consilnit, qui Clerici vel vovent. Ita habitus con-
servatio non facit, ut quis censeatur intra religio-
nem esse. Nec interest, quod animum habeat re-
deundi, si per moram notabilem divagatio extra
tepta Monasterii fiat, ut docuit Tamburin. d. qua-
st. 1. num. 1.. nam retrocessio à statu Religioso per
aliquod tempus notabile, est vera defectio ab illo
statu, alioquin Religiosus, qui militia nomen da-
ret, reverfurus ad Monasterium post aliquor an-
nos, non esset apostata; quod nemo affirmavit, ut
considerant Theophilus *språ*, cap. 1. Gibalino
dict. cap. 3. qui admisit hac sententiā differentiam
assignant inter apostasiam Monachi, & fugam,
quam & nos agnovimus in cap. final. deregul Ma-
net ergo, apostasiam à religioso ordine, de qua in
praesenti agimus, confitere in excusione iugi re-
ligiosi perpetua, aut aliquatenus notabiliter diu-
turna. Unde infertur, transeuntē ad Religionem
etiam laxiorem, non esse apostatam, ut probat Ric-
ciulus dict. lib. 8. cap. 4 per totum: nec etiam eum
qui defert habitum, sed opertum vestibus aliis, ut
contrà Ricciulum probat Theophilus d. cap. 1. Gi-
balinus d. c. 3. §. 2. confessar. 1. Similiter Religiosus ad
tritemes damnatus, si fugiat non animo vagandi,
sed ut Pontificem, aliumve superiorem audeat, &
quandam rationem ineat liberandi se à tam gravi
supplicio, non creditur apostata, ut aliis relat. re-
solvit Gibalini. d. cap. 3. §. 2. confessar. 5.

Deinde sciendum est, peccatum hoc apostasie
à religioso statu adeo tereum, & horrendum esse,
ut vix hæsi excepta, aliud majus sit: præter-
quam enim quod fordet labo sacrilegii, & con-
culcationis primæ fidei Christo datæ incundo sta-
tum

tum Religiosum, variorum etiam peccatorum colluviem secum continet, ut fusè, & per partes probat Theophilus d. tract. de apostasia, c. 7. 8. § 9. undè D. Augustinus epist. 137. testatur se, sicut neminem in Ecclesia agnoscit virtutibus micantiorum iis, qui in Monasteriis degenerantur, & ex prescrip-
to legum sacrarum vitam exigerent; ita neminem reperiisse virtutiorem iis, qui è Monasteriis defec-
sissent, & ad saeculum, cui calces illiferant, rever-
tissent. Verè ac sapienter sanctus Anselmus lib. 3.
epist. 13. ad quandam in suo instituto labentem
Monachum dixit: *Nihil salubrius potuisse incipe-
re, nihil periculosius potes relinquerre.* Et Petrus
Blensensis epist. 3 ait: *Quid est claustralem redire ad
saeculum, nisi habitatorem celi cadere in infernum?*
Plura de hujus peccati atrocitate, & infamibus
consectariis congeffarunt Turrianus lib. 1. de vo-
ris monast. Theophilus d. tom. 17. tract. de apostasia,
cap. 8. § 9. Unde cognoscitur, quām impun-
denter horrifica illa verba aëri infestando suffici-
entia protulerit Vvicleffus, ut refertur in Concil-
io Constantiensi sess. 8 art. 35. *Ingredientes Reli-
gionem, aut aliquem ordinem, eo ipso inhabiles sunt
ad servandum divina precepta, & per consequens
ad pervenientium ad regna celorum, nisi apostav-
erint ab ipsisdem.* Et similiter Marcus Antonius de
Dominis Religiosus apostata, & fidei desertor eò
dementia prolapsus est, ut ex instituto probare
contenderit in lib. 1. de Republic. Eccles. cap. 12. nn.
44. apostamat à religioso ordine nullā pœnā di-
gnūm esse.

6.
De po-
nis apo-
stata-
rum.

Deinde ut ad pœnas apostatarum perveniamus, sciendum est quod jure civili attento, ut
cavetur lib. 4. Basilic. Monachus, qui monasterium reliquit, & ad saecularem vitam transit, militia, & honore, atque omnibus, quæ possidet, nuditus, ab Episcopo loci & Provinciae Præside in Monasterium truditur, ad quod etiam pertinebunt bona, quæ ipsum habere contigerit: quod si secundò Monasterium reliquerit, Provinciae Præses ipsum retinet inter apparatores suos: & eorum titulo cap. 4. lancit, quod servus factus Monachus si deinde dimisso Monasterio ad saeculum redierit, propria, & antiquæ conditioni, ac fortunæ tradatur. Et cap. 19. statuitur, ut filii familiæ Monachi, qui alias exhæreditati non poterant, sed ex testamento, & ab intestato succedere parentibus poterant, si ad saeculum redierint, omnia eorum jura ad Ecclesiam, & Monasterium pertineant, Refert Ballamon in Nomocan. Phocci. titul. 9. cap. 12. Jure verò Canonico inspecto licet durante apostasia excommunicandi sint apostatas, ut ad Monasterium redeant, ex variis Canonibus suprà adductis, & interim irregulares sint, cap. final. 50. dicit. atque si ad facros Ordines accedant, suspensionem incurvant, ex praesenti texu; tamè purgatà apostasià per penitentiam, & reconciliacionem nullà pœnâ afficiuntur: & licet non nulli excommunicationem latæ sententia apostatis constitutam esse contendant, ut Azor p. 1. insit. lib. 12. cap. 17. quest. 6. Rebuffus in praxi, tit. de dispens. cum regul. num. 43. Zerola in praxi, verbo Apostata, num. 2. contrarium tamen verius docuerunt Suarez de censur. disput. 31. sect. 6. num. 1. Sanchez d. lib. 6. summa, cap. 8. num. 20. Gibal-
nus d. cap. 5. § 4. num. 30. Theophilus d. tract. de apostasia, cap. 13. nam in d. cap. 2. ne Clerici vel Monach. lib. 6. non agitur de apostasia, sed deter-
merari habitus dimissione facta ad liberè evagan-
dum, etiam absque apostasia: & excommunicatio

statuta in variis canonibus suprà relatis, & in Concilio Andegauensi, seu Turonensi celebrato sub Nicolao II. Anno 160. Præside Stephano Cardinali A. S. L. can. 10. ibi: *Quicunque monas-
tica Religionis desertor inventus fuerit, à Regno
Dei, & a Christianorum consortio sicut apostata ex-
cludatur, & alienus existat donec resipiscens dig-
nè pœnitiat. Ea, inquam, excommunicatio est
sententia ferenda, ut per eam cogantur apostatae
redire ad Religionem; sed dum reversi fuerint,
pristinae communioni restituuntur. Alii etiam vol-
lunt, apostatas ipso facto juris infamia notari;* ex cap. alieni 2. q. 7. sed ibi de omni apostasia agi-
tur, etiam quæ est à fide, nec incurrunt pœna in-
famie ante sententiam judicis. Verum tamen est,
apostamat infamia facti notari, ut docuit Petrus
Bleensis epist. 86. ibi: *Enorme dispendium tue o-
pinionis aquanimita tolerare non possent; factus
enim es fabula in Clero, & in plebe ludibrium; pru-
rensum deservit in linguarum procacitas, & qui
te comedunt non dormiant: si te laveris nitro, &
multiplicaveris tibi herbam borith, non auferetur à
te macula prævaricationis tuae: verum tamen non re-
putas injuriam damnum fame Deinde Rebuffus in
praxi, tit. de dispens. cum regul. Oldradus consil.
184. docent apostatas etiam resipiscentes perpetu-
o inhabiles manere ad beneficia, & dignitates Ecclesiasticas, moti autoritate textus in Clementi,
2. de vita & honest. Cleric. Sed licet ea pœna à Cle-
mente in eo textu non satis expressè statuatur, ta-
men rationi valde consentanea est, ut huiusmodi
desertores, eti resipuerint, à beneficiis, & digni-
tatis Ecclesiasticas arecantur, ut egregiè expref-
sit Sanctus Augustin. epist. 73. ad Aurelium, rela-
tus à Gratiano in cap. legi 16. quest. 1. & in Con-
cilio Ravennat. rubric. 22. decernunt Apostatarum
à Religiosis ordinibus inhabilitas ad digni-
tates quacunque Ecclesiasticas, & beneficia. Tan-
dem alii ex eo, quod Concil. Trident. sess. 25. de Re-
gul. cap. 29. statuat eos, qui intendentis professio-
nem suam nullam esse, recedunt à Religione di-
misso habitu, puniendos esse ut apostatas, & nullo
Religiosi suæ privilegio potiri debere; inferunt
nullum à Religione apostamat gaudet Religio-
nis suæ privilegiis: sed non rectè id deducunt ex
eo textu, siquidem in pœnalibus nulla extensio fit,
inò etiam durante apostasia desertor fruitur privi-
legiis Religiosi, quia per apostasiam non desinit
esse Religiosus: & ita privilegio fori gaudere; nec
a Judice saeculari puniri posse, post longam dispu-
tationem docuit Auendanno de metu lib. 2. cap. 10.
num. 70. illis tamen apostatis à Religioso statu pe-
culiales pœnas ex indultis, & privilegiis Apostolicis
religionibus concessis injunguntur, ut refert
Rodriquez tom. 1. q. 9. regul. qu. 30. art. 6. & si illi
matrimonium contraxerint, puniuntur per In-
quisidores hæreticae pravitatis. Ob solam autem
apostasiam eorum jurisdictioni non subsunt, ut
resolvunt Bordonus tom. 1. sacri Tribun. cap. 9. sect.
2. num. 27. Salellus tom. 1. de mater. Tribun. lib. 1.
cap. 12. regul. 108.*

His suppositis ratio præsentis assertionis, qua-
re videlicet Prælati possint Monachos apostatas
retrahere, & carceri mancipare donec habitum
reasumant, provenit ex eo, quia quilibet potest
propria auctoritate rem suam, ubiquecumque illam re-
perire, vindicare, l. si quis vi 17. § differentia, ff.
de acquir. possit. & servum fugitivum dominus
caper poterit ubiquecumque fuerit repertus, l. l. §.
per seruum; ff. ead. titul. quod etiam docetur
ancilla

7.
Tradi-
tio det-
endi.

ancilla fugiente, & extra provinciam reperta, in l. i. Cod. ubi de can/a status: & qui curiae, seu cohorti obligatus fuerit, capi potest auctoritate curiae, & cohortis, cui est obnoxius, l. i. Cod. ubi de curialibus. Unde cum Religiosi sine obnoxii religione, & virtute professionis in ejus potestatem transferint, possint retrahi, & reperi per proprium Praelatum, & carceri mancipari: quam destructionem in carcerem Honorius in praesenti decretivit, quia veteres Religionum Fundatores, & Patriarchae eam pœnâ, seu potius medicinâ usi furentur. Porro Abbas carceri mancipabant omnes apostasiam molientes, ut refertur in epist. 72. Hadriani Pape, ad Carolum Magnum: & ita faciendum esse in contumaciam apostataras, probavit Christus Dominus apud Sanctam Hildegardam lib. 2. visione 6. num. 50. Insigneque est in hac parte exemplum S. Romualdi, qui in patrem suum Sergium factum Monachum, cum accepisset meditari apostasiam, eam pœnâ ulius fuit, ut refert Petrus Damianus in gestis sancti Romualdi, cap. 13. qui, um præmisisset capite antecedenti, missos ad eum Rauennâ nuncios de patria delirio, & concepta apostasia, ait: *Non equo fultus, non vehiculo deportatus, sed solum in manu ferens baculum, nudis planis, ex intimis Galliarum finibus Rauennam usque*

pervenit, ibique patrem ad scutum reveri volentem reperiens, in ligno pedes ejus fortiter strinxit, gravibus cum vinculis alligavit, verberibus duris affixit, & tamdiu corpus ejus piâ severitate perdonauit, donec ejus mentem ad salutis statum Deo mediante reduxit. Nec obstat dubitandi ratio supra adducta, nam licet dubient Doctores, an Pralati Regulariे neantur requiri apostolatas, & ad Religionem revocare, ut videtur apud Suarez tom. 4. de relig. lib. 3. tract. 8. cap. 2. num. 17. Giragum de regim. regular. dubit. 29. Layman lib. 4. summe, tract. 5. cap. 13. verius tamen est teneri ex cap. final. de regul. junctis ibi adductis, nisi ita perniciosus sit Monachus certis fratribus, ut ob ejus crimina, & incorrigibilitatem ejiciendus sit a monasterio: qua causa requirendus non est, & juxta eum accipio auctoritatem Sancti Bonavent. Nec obstat augmentum ipsius dubitandi rationis; nam licet jure communis ex ratione proxime tradita possint Pralati requirere, & retrahere monachos apostatas, tamen in odium ipsorum defectorum indulserunt Pontifices variis Religionibus, ut possint eos carceri mancipare, & excommunicare, invocato, si opus fuerit, auxilio brachii secularis; & ita superflua non sunt dicta Privilegia.

8.
Dissolvi-
tur dñ-
bitandi
ratio.

T I T U L U S X.

De his qui Filios occiderunt.

C A P U T P R I M U M.

Alexander III. ^a Tornacensi Episcopo.

VENIENS ad nos M. mulier lachrimabili nobis confessione monstravit, quod cum de quadam filium genuisset, & ille sibi saepè turgido vultu improperasset, quod filius ejus non esset, ipsa ^b iracundia calore ducta, eundem filium interfecit. Quo comperto Comes Flandrensis eam totam terram usque ad septennium ^c abjurare coegit, nisi de nostra licentia remaneret. Cumque se nostro aspectui presentasset, & quod crucem accepisset Hierosolymam profectura, nobis assertione sua proposuisset, nos eam quia in partibus illis praesentia sua non posset esse utilis, sed damno, à Hierosolymano itinere revocantes, ipsam f. t. duximus remittendam, praesentium tibi auctoritate mandantes, quatenus eam labores inducere, ut ad aliquod monasterium transeat ^d in quo peccata sua perpetuâ pœnitentia deploret. Si autem (repugnante carnis fragilitate) ad hoc induci noluerit, ei licentiam in Domino nubendi tribuas: quia tutius nobis videtur, ut in Domino ^e nubat uni soli, quam in honeste multis admittat.

N O T A E.

^a Tornacensi.] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc titul. cap. 1. post Concilium autem Lateran. sub Alexandre III. p. 50. cap. 12. ubi reperitur textus hic, & citatur ex lib. 1. regestri Alexand. desideratur inscrip-

tio. De Tornacensi Ecclesia egi in cap. 2. de re-script.

^b Iracundia calore.] Licet in maleficiis iracundia non excusat, l. 5. Cod. de injuriis, l. per-spiciendum II. l. ant. facta 16. §. eventus, ff. de penia; tamen per impetum doloris, seu justum dolorem delictum admissum quandoque mitius punitur